

nam quilibet designare facit per totam eius carnem videlicet in vultu collo manibus. uentre pedibus cruribus & in toto corpore ita quod nichil aparet indesignatum & insculptum. aquilas. leones dracones & aues & alias ymagines uarias & diuersas in hunc|

primo quidem faciet homo|

32r° primo quidem faciet homo per corpus totum designari cum nigro formas ymaginum tot & quales sibi placebit quo facto ligabitur pedes & manus & duo uel plures eum tenebunt. & tunc magister habebit .v. acus iiij ex ipsis simul ligatas ut quadras & quintam in medio positam & cum istis acibus secundum designationem ymaginum ipsum pungendo uadit ubique. & statim factis puncturis super ducitur adtramentum & tunc in punctis illis designata aparet figura. set homines in hoc tantam penam suferunt quod illis de purgatorio posset suficiens reputari hoc quidem ex nobilitate faciunt nam qui plures habent picturas pulciores & maiores putantur./ & quam plures moriuntur ex eis dum sic depinguntur nam sanguine[m] multum perdunt/

Amu est quedam prouincia uersus leuantem que est subdita magno can gentes cuius adorant ydola & viuunt de bestijs [&] terre fructibus loquelam per se *adorant ydola* habent. domine portant ad manus & brachya bracas de auro & argento portant etiam homines set maioris ualoris quam domine habent insuper multos equos & bonos de quibus uendunt magnam quantitatem Jndis qui faciunt de ipsis magna mercimonia habent etiam magnam habundantia[m] bufalorum bouum & uaccarum quia bonus locus est ibi & boni pastus habent insuper habundantiam omnium uictualium/ ab ista prouincia Amu usque ad prouinciam cauçugu sunt diete xxv./ ibimus ad quamdam aliam prouinciam nomine tholoman que distat ab ista per octo dietas/— |

32v° **T**oloman est queda[m] prouincia uersus leuantem cuius gentes adorant ydola *adorant ydola* & loquelam per se habent. gentes pulcre sunt magis brune quam albe sunt homines probi & ualentes ad arma multas habent ciuitates castrorum habent quantitatem multam in magnis & arduis montibus & fortilicijs. quando uero decedunt faciunt corpora comburri. & ossa remanencia que comburi non ualent in paruis archis reponunt. postmodum ad altos montes portant. & in diruptis cauernarum alte appendunt ita quod alique bestie atingere non ualent. Inuenitur etiam in prouincia illa aurum in habundancia. moneta quam minutim expendunt sunt porcellane de quibus superius declaratur & similiter supradicte prouincie banganla. cauçugu & amu. Expendunt porcellanas & aurum. Aliqui sunt mercatores & illi diuites sunt ualde & multis & magnis utuntur mercimonijs